

P V I S

1 6 1 8



- Sonzadi Ritterbusii Paraphrasis Psalmi ac nuptis lic.
 II. Beismanni paraphrasis Psalmorum 121. 91. 124. 124.
 III. Beismanni paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.
 IV. Beismanni paraphrasis Psalmis 08.
 I. Beismanni Epiphempsion Psalmorum 91. 97.
 VII. Beismanni Psalmi 104. 0. 19. XXIX. Eccl. Johanni Ernesto.
 VII. Beismanni Paraphrasis Propriez Tonge. cyp. bisuttino v. Alberto Vito dictus.
 IX. Mundorphi paraphrasis Tonge.
 X. M. L'acri Gregorii Tongas.
 XI. Tonginis favi de Nativitate Christi.
 XII. M. Theodori de Nativitate Christi.
 XIII. Waltheri Ode de Redemtionis Operae.
 XIV. Opiti de Rebus Christi ad Inferos.
 XV. Dornacii Heptastimulata Resurrecionis.
 XVI. Stentoria ubiq impudentissimis.
 XVII. Trautmanni in studio p. vero Lutherano.
 XVIII. Bratoru Epst Germaniae ad Electores.
 XIX. Wotti eccluma ad Christianum Arzbabili.
 XX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Ans.
 XXI. Henrici ab Eichen ad Mauricium Tonge.
 XXII. M. Ambergi statuta in Nata len.
 XXIII. Rudolphi Principis Angaltini.
 XXIV. Beismanni Eclogae Rodolphus.
 XXV. Browni Nuptias 2dij Rudolphi Pr.
 XXVI. Wotti et H. Jenne Nuptias eiusdem.
 XXVII. Parentalia Augusto Electori a
 D. Majore Savita.
- Fusselii q.
 XXXII. In Magisteriu Honore Joh. Cramp.
 XXXIII. Hermanni in honorem Magiste
 tui Lipsensis XX iuvenum.
 XXXIV. M. Victorii, cum renunziaretp Redtor.
 XXXV. Ode Sapphica in Doctores Honoratus
 Fusselii q.
 XXXVI. In Magisteriu Honore Joh. Cramp.
 XXXVII. Hermanni in honorem Magiste
 tui Lipsensis XX iuvenum.
 XXXVIII. M. Rosati in Magisterium Haberlandi.
 XXXIX. In Magisteriu Honore Joh. Cramp.
 XL. Bethmanni Herdesiani.
 XLI. Crimbius Lipsi.
 XLII. Abrahami Theopoldi.
 XLIII. M. Coppeii Gratianu. foliorum Magis.
 XLIV. De Pignitate Consulari Trescor.
 XLV. De Pignitate Notariatus Gelani.
 XLVI. Apocrymorum Politiconum sigula.
 XLVII. Nuptias Petri a Zena.
 XLVIII. M. Pucneri.
 XLIX. M. Ricordi.
 L. Wolfgangi Hanen.

Ec. II

EPITHALAMIA
*In honorem eruditione, pietate & mo-
ribus ornatissimi viri.*

DN. IOHANNIS
VMMENDORFFII IN IL.
lustrissimorum & Generosissimorum
Principum Anhaltinorum Gymnasio,
quod est Servestæ, Oeconomi, matrimo-
nium conrahentis cum

Honestissima pudicissimaq; virginine,

V R S U L A,

Prudentia & authoritate præstantis viri,
Dn. PETRI BERNARDI Civis in veterum Sora-
borum Metropoli, Servesta, primarii filia,
D. 27. Julii Anno 1612.

gratulationis ergo

scripta

ab

Amicis.

UVITE BERG AE,
Typis Mellerianis.

Anno M. DC. XII.

АИАКИТА
И И ПАТОДИАМУ
ЛЯ

V A L E

САНКТ-ПЕТЕРБУРГСКОЕ ПИСЬМОНІСТВО
ПЕЧАТЬ ГОСУДАРСТВЕННОГО АРХІВА
ПОДІЛЛЯ

СУІСІАЯ
ДІСІСІА
ЧІСІСІА

ЧІСІСІА

VOS lacrymæ, ô mæstum genus, & suspiria
cordis
Ite procul, procul ite animi mala sarcina,
curæ
Hæc dum festa novis nova lux nova gaudia Sponsis
Indicit, dulces indisne in carmina vires
Musa? jubesne novis Sponsis iam solvere versus?
Cur sed ego ad tædas alienas carmina semper
Deducam spectator iners? Nunquamne jugalem
Lentatorum sternes, Erato, mihi? brachia nunquam
Errabunda rato complexu implebis amicæ?
Sed Deus ista diesque ferent: mihi venerit uxor
Sat cito. Quid celem, cum res sit honesta, reperta est.
Prospiciente mihi divino Numinе, *virgo.*
Interea verò mecum, pia Musa, revolve,
Vtrum sit melius *Viduam*, intactam anné *Puellam*
Ducere in uxorem? Nitidissima lumina vultus
Ille puellaris præfert, hic gaudia laudat
Nummosæ viduæ, nec mores, nec decus oris,
Nec famam, sed opes, seu sint bene seu male partæ,
Speditat & exoptat: pars invenit utraque causas.
Causis illorum, qui stant pro *virgine*, pondus
Maius inest. Age, SPONSE, mihi decidito causam,
Namque tuos thalamos non deflorata *puella*,
Intravit primos, *vidua* inde pudica secundos.
Sed dum rursus adest Hymen, qui gaudia Sponso,
Duplice pro luctu triplicata referre videtur,
Non venit in thalamos *vidua*, ast per pulchra *puella*,
A & *Quam*

Diligens

Quam tibi commendant mores, pietasque pudorque,
Moribus hæret amor, mores dominantur amori.
Maxima dōs pietas, præsentii commoda vitæ,
Aeternæque ferens bona, summæ regna salutis.
Proximia dōs pudor est, virtutum causa, piarum
Ala præcum. Rosei aut albi sit gratia vultus,
Sit vigor in membris, sit pondus divitis auri,
Si pudor his absit, referunt sine vertice truncum.
Quare, SPONSE, mihi certò sentire videris:
Ducendam haud viduam, verum sine labo puellam.
Hæc est jucundæ dulcissima copula vitæ,
Hoc DEVS & natura jubet. Tibi junge puellam,
Exemplo monitus S P O N S I, quicunque parabis
Iura maritalis per vota jugalia, tædæ,
Sic vives liber, tecum Cocytia virgo
Sicque tuum nunquam insistet: Sed si tibi duces
Vxorem viduam, lis, mutua jurgia crescent,
Iure maritali & tibi tradita sceptræ jacebunt.
Sed quid opus monitis? Vos isthæc mente tenete,
Nec vos delectet viduam duxisse maritam;
Litigiosa suo non obsequiosa marito,
Primo affveta viro, vidua est: intacta puella
Promta viri natus sese componit ad omnes,
Aurum hæc Dalmaticum superat, Scythicosq; lapillos,
Officia officiis & amore rependit amorem,
Illiis in caro semper stat cura marito,
Non thalamo sterilis, sed fæcundæ æmula viti,
Multâ prole domum decorat. Dic, dignior utra,
Vtra est nobilior? Sterilis ne an fertilis arbor?
An quæ est terra ferax, an quæ nil gignat, arena,
O vanas hominum curas, ô futile votum!
O capita Anticyris ô vix relevanda duabus!

Discite

Discite naturæ sanctas non teminere leges,
Quæ vult ut genitus generet. Fundusque domusque
Sint vobis, viduae, sint pondera fulva metalli:
Bella puerilla placet mihi: nam ducendo puellam,
Non viduam, mihi libertas conceditur alma:
O bona libertas, precio preciosior omni,
O summum primumque decus, qua prorsus adempta,
Nil gratum, nil dulce viris, & vivere mors est.
Sed satis est, Musæ, supremum annexite votum:
Vivite turturibus similes, tot pignora lecti
Vobis sint, cœlum quot continet astra rotundum.

M. Iohannes Coppenius
amoris ergo scribebat.

Vngitur ecce tibi ter sponsa ter tertia sponsa:
Donis his voluit te decorare Deus.
Omnes divinâ veniunt tibi sorte: precorū
Multiplici veniant prosperitate pares.
An quisquam dubitet nimium te, Iane, beatum?
Pol? cui contingant tot bona rarus homo es:
Quare age, Iane, novam latus complectere sponsam:
Alternata fides iungat amore duos.
Pellat amica Tyche savam procul o procul Aten;
Et maneant stabili pectora iuncta fide.
Vivite concordes, numen reverenter habentes:
Sit pater omnipotens commoda cuncta dabit.
Sat nunc, sponsa: valens felicem transige vitam,
Sat nunc sponsa: valens transige lata dies.
deproperabat

M. Iannes Graius Scotus.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΝΥΦΤΙΑΛΙΣ

Sponsi & Sponsae

Sponsa veni dilecta, meis requiesce sub alis,

Ipse D E V S thalami gaudia casta probat.

Sponse Deo mihi juncte, tuis requiesco sub alis,

En datur, en! votis iam potiare tuis,

Sponsa, quies haec nostra brevis, breviorque voluptas;

O si nostra esset non moritura quies!

Sponsa, quies I O V A nunquam moritura petenda est,

Devotâ hanc Magnum voce precare D E V M.

Magne D E V S, victos thalami post mille labores,

Aeternâ requie da mihi posse frui.

Magne D E V S, passos thalami post mille dolores

Aeternâ requie da mihi posse frui.

Votum Autoris.

Hæc eadem tibi, SPONSE, precor: tibi, SPONSA,
precabor;

Tu prohibe, mea sint irrita vota, Deus!

In vestro cum PACE toro CONCORDIA regnet:

Sit sine lite domus, nec sine prole torus.

*Andreas Iosaeus, In schola Pa-
tria succendor, F.*

Qui sociam lecti cupit hanc iuvenemq; maritam

Dicit, quo semper gaudeat, ipsus habet.

Tristitia quoniam valet haec depellere causam,

Quaq; potest socium parte iuvare iuvat.

Tristia

Tristia si venient, aderit, si tempora relata,
Mitis adhæredit, casta pudica viro,
Hunc & consilio sapiente bonoq; iuvare
Non renuet, firmâ consociata fide :
Huius erit semper spectata & grata voluptas
Sapius ac huius, molle levamen erit :
Hic illa gaudet, talitatur & illa,
Conciliatq; sibi laudis uterq; decus
Nam ceu Sara suum pia fidum sovit Abramum,
Ut deserta suum casta Susanna virum,
De quibus in sacris extant exempla libellis,
Qua sapiens in eis quisq; videre potest :
Diliget haud aliter prona pia corde maritum,
Ut decet ingenua coniugis esse fidem,
Tractabitq; illum placide Dominumq; vocabit,
Muneris in partes officiosa sui.
Cetera quid memorem, quae non memorare necesse est ?
Hacerit & Domini fida columba sui.
Talem Sponse tuam Sponsam tu credere futuram,
Partem animi, vita dimidiumq; tua.
Forma cui præstans est, & sine crimine vita,
Innocui mores, & sine labe pudor.
Hanc tibi Sponse legas, tibi sit suavissima coniuncta,
Ac ear in thalamos sponsa petita tuos.
Quodq; fuit quondam dilecto Sara marito,
Quem coluit miris officiosa modis.
Quodq; fuit quondam preclara Susanna marito,
Cura verecundi, fida columbatori:
Hoc tibi nunc cultis tua prædicta moribus uxori
Semper erit, vobis dum torus unus erit,
Te veneretur, amet, colat & te diligit unum.
Illi tu carus sis, tibi dulcis ea.

Dula

Dulcis connubii squidem venerabile nomen
Est decus, ac huius munere vita viget.
Haec sunt tenues in parvo carmine vires,
Quod mihi vix venâ, pauperiore fluit.
Et mihi desint vires, tamen ipsa voluntas
Est pia, quamq; bonus carpere nemo potest.
In gravibus squidem veniam voluisse meretur
Rebus, & in magnis est voluisse satis.
His ego commendô, summo qui præsidet orbi.
Et cuncta observat, teq; tuamq; Deo.
Plura precatura vellit mihi Cynthius aurem,
Et sponsæ atq; tibi fata Deusq; favent.
Quæq; bona Isaiæ spondet nubentibus opto :
Optio non poterit iustior esse mea.

Non tam moris, quam amoris ergo
accinebam amico meo exo-
ptatissimo.

Johannes Phibo Hoimensis,



Id 4212.
8°



Sb

PLG
VDM



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

MIA
pietate & mo-
ri.
NNIS
I IN IL.
profissimorum
in Gymnasio,
ni, matrimo-
m
g, virgine,
L A,
oræstantis viri,
s in veterum Sora-
marii filia,
2.
AE,
rianis.
XII.

